Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26150
Copyright: Admont, Benediktinerstift

57

is ad te clamantem non despicies. ad te me
conuerto tepido quamuis toto tamen affec
tu mentis meę. et potentem illam tuam inter
uentionem presumo precari peccatrici ani
mę meę. ut potenter retrahat a tormentis. ad
quę illam pertrahunt multimode iniquitates
meę. Sed heu me miserum quia contrarie permit
tunt mihi delicta mea. Ecce enim deum conque
confortari per tuam apud deum familiaritatem. plus
cogor per eandem deterreri propter meam contra
deum prauitatem. Et enim o dilecte dei cum
peccaui in dilectorem tuum. certus sum me
ruisse me odium quoque tuum. O reatus inmode
ratus. reatus contra deum qui non solum ipsum offendit.
sed et illos qui intercedere possunt apud deum.
Verum enim est quia criminosus dei. digne odio
sus est amicis dei. nec solum amicis eius. sed certe
et sibimet et omni creaturę. Peccata peccata.